



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 172. De iurnalibus traditis in Wergesi in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno 826 vsque 853 imperante Hludouico et tradidit uiguit in *bardonbus* (d) quidquid ibi habuit hoc tamen pacto ut ipsa quam diu uixerit illud possideat testes runheri beuo haold.

§. 172.

Tradidit tetta in *uuergesi* (e) ex parte aquilonali et orientali X iurales testes sunt

§. 173.

Tradidit tietgeruf quidquid habuit in *ameleuesbus* (f) pro anima tietgeri et tuide prope enim mansum habet testes hildulf tiedric godefman et alii X.

tradidit marchold pro se et fratre suo asi quidquid in farto hoc est in *amalebus* (g) ad illos pertinebat litum scilicet cum familia unum et quidquid in

fer supra §. 167. not. (Q) Locus uocatur nunc Dassenfen, conspicuus in praefectura Rotenkirchen.

De villa
Bardon-
hus.

- (d) *Bardonbus* villa reperiebatur olim eodem in pago *Suilbergi*. Designari intelligimus per eam vicum *Barshufen* seu Barshufen in Wolferbutteleitfif Principatus praefectura Grene haud procul a vico Wentzen situm. Locus vnus miliaris interuallo distat ab oppido Einbeck, quod oppidorum Principatus Grubenhagici principatum tenet.

De villa
Wergesi.

- (e) *Wergesi* villa in pago existit *Auga*, teste Registro nostro. Indicatur sine vilo dubio vicus *Wirjesen* ad *Wiseram*, vnum milliare et dimidium a nostra Corbeia distans. Habent in *Wirjesen* domicilium equestre nobiles domini de *Wreden*. Disiungit *Virurgis* *Wergesi* villam ab *Heristallo Saxonico*, loco, in Annalibus Rerum Francorum celebratissimo. Hic enim anno 798. Carolus M. cum exercitu hiemauit. Huc ipse Pipinum de Italica et Hludouicum de Hispanica expeditione regressos ad se venire iussit. Hic legatos Hunnorum, cum magnis muneribus ad se missos, audiuit atque dimisit. Hic *Adelphonfi* regis Asturiae et *Galeciae* legatum, ipsi dona adferentem, suscepit. Hic totum hyemis tempus ad redigendam in ordinem Saxoniam impendit. Hic natalem domini et pascha celebrauit. Hinc collecto exercitu ad locum, qui *Minda* dicitur, mouit, et contra desertores fidei, inter *Albim* et *Wiseram* incolentes, peragrauit totamque obiuit Saxoniam. Retulerunt ita *Regino*, *Adelmus*, *Poëta Saxo*, *Eginhartus* in *Vita Caroli Magni* aliique.

De villa
Amele-
ueshus.

- (f) Villa *Ameleuesbus* seu, vti in nostro Registro locus scribitur, *Amaleuesbus* erat in pago *Suilbergi* sita. Eum pagum supra §. 167. not. (Q) collocauimus maxima ex parte in comitatu *Dasseliensi*, atque designari intelleximus l.c. per hanc villam vicum *Amelsen* in praefectura *Hundesfruck* in episcopatu *Hildesensi*, vno miliari distantem ab vrbe *Einbecka*, loco Principatus *Grubenhagici*. Infra in his traditionibus eadem villa aliquoties recurrit. Bona autem in eodem vico *Amelsen* ab abbatibus *Corbeiensibus* in feudum data sunt quibusdam ciuibus *Einbeccensibus*, quos patricos uocant, a quibus et ea vsque in hodiernum diem feudali iure possidentur.

De villa
Amales-
hus.

- (g) *Amalesbus* villa distinguitur ab *Amaleuesbus*. Quemadmodum enim haec in *Suilbergi*, ita illa in *Tilitibi* pago reperitur, teste Registro nostro sapissime excitato. Pagus *Tilitibi* erat ad *Wiseram* in praefecturis *Gronde*, *Ofen*, *Artzen*, *Ottenstein* et circa urbem *Hameloa* positus, vti iam supra ostendimus. Intelligimus ergo designari per *Amalesbus* vicum *Amelgofen* ad fluuium *Embrinam* (dic *Emmer*) inter *Gronde* et *Hemelschenburgum*, vno miliari ab oppido *Hameloa* situm. Olim locus spectauit ad dynastiam *Artelsen*, vti olim appellabatur, seu *Artzen*, quam